



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ Præcones

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 7. Flagella & cruces visu horrendas, & malas sensu, in recessu, bonas atque vtilis esse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

id minùs in conspicuo est. In ipsa cognitione, semper germana rerum veritas altissimè latet, quæ nec facile, nec à multis deprehenditur. crassum vulgus, quoniam præposterè iudicat, nimirù ex his, quæ maximè sensibus corporis obuia sunt, aestimans omnia, passim & labitur; & errat, ac falsis honorù & malorù simulachris deluditur.

In summa, prima mundi lex est: QVÆRENDÆ FACULTATES, DEINDE VIRTVS, cui è diametro oppositam tulit, qui dixit: *Querite primùm regnum Dei, & iustitiam eius.*

Matth. 6.
33.

§. VII,

Flagella, & cruces visu horridas, & malas sensus, in recessu, bonas atq; utiles esse.

Hinc discipulis suis, & amicorum charissimis non promittit diuina sapientia fasces, non titulos honorù, non chlamydes & tiaras, non aureos annulos, & montes, & præcedentia longi agminis officia; sed opprobria,

Matth. 10.
17.

sed flagella, sed persecutiones. *Tradent vos, inquit, in Concilijs, & in Synagogis suis flagellabunt vos: & ad Præsides & Reges ducemini,*

Ioan. 16. 2.

propter me. itémque: Absq; Synagogis facient vos, sed venit hora, ut omnis, qui interficit vos, arbitretur se obsequium: prestare Deo. Et, in tēpore, inibi, apositū est: Hæc locutus sum vobis, ut non scandalizemini. Mūdus, & DEI scientiã

entiã destitui scandalizantur; qui DEVM in-
 tus nôrunt, qui arcana iudicia, consiliaque
 DEI perscrutati sunt, in his rebus, ingentem
 agnoscunt thesaurum latitare. *Verbum enim* 1. Cor. 1, 18
Crucis pereuntibus quidem stultitia est, ijs autẽ,
qui salvi sũnt, id est, nobis, Dei virtus est. Scriptũ
est enim: Perdam sapientiam sapientiũ, & pru-
dentiam prudentiũ reprobabo. Vbi sapiens? vbi
scriba? vbi cõquisitor huius seculi? Nonne stul-
tam fecit Deus sapientiã huius mundi? Nã quia
in Dei sapiẽtia nõ cognouit Mũdus, per sapientiã,
Deum: placuit Deo, per stultitiã predicationis,
saluos facere credẽtes. An nõ enim mũdo stul-
 titia videtur, injurias, cõtumelias, dolores,
 calamitates vocare bona? & eos *beatos* pro- Matth. 5. 1.
 nũciare, *qui persecutionẽ patiũtur?* Et tamen
 diuina sapiẽtia ita loquitur, quæ etiã addit:
Beati estis, cũ maledixerint vobis, & persecuti
vos fuerint, & dixerint omne malũ, aduersum
vos, mētientes, propter me: gaudete & exultate,
quoniã merces vestra copiosa est in cœlis. Si bo-
 na est merces hæc, bon⁹ est labor, cui ea pro-
 mittitur, quia vtilis ad eã promerendã. Est
 enim vtile quoddam vtiq; bonũ; & tantò
 maius bonũ, si vtile est ad sumã beatitatẽ.

§. VIII.

Cur Deus, cũ bonus sit, mala esse, in
Mundo, sinat? Ne

Ne